omni vita sua. Post vitam vero et pro ipso et pro suis ab hac die et deinceps antecessoribus, quotquot presenti precepto non *(Fol. 154$^{v}$)* *sunt*[t] adversati, agatur in omni secunda feria privata missa defunctorum, quod scire potest ad compendium anime sue magis expedire, quam si posset in monasterio per omnia pro voto suo dominari.

Advocatum autem imperatorem Rhomanorum, qui et noster advocatus est, preficimus. Propter multiplices tamen eius curas et disposiciones regni liceat abbati et fratribus de familia comitum de Calba[u] eligere, si idoneus inventus fuerit, qui non lucri causa vel pro necessitate sua, sed pro remedio anime sue et parentum suorum locum sepedictum velit defendere. Sin autem alias undecunque libet, liceat eis alium eligere, qui eciam vocatus in presenciam abbatis et fratrum iuret in sacramento cum familiaribus suis, quod contra privilegia ecclesie non veniat sicque adductus in presenciam domini imperatoris simili modo confirmet. Non solum autem super cellam maiorem licet abbati subadvocatum constituere, sed per singula predia et cellulas suas, ubi eciam nihil sibi iuris a prioribus illic constituti[s] in beneficiis providendis vel eciam ecclesiis investiendis subtrahatur.

dicatur pro eo Psalmus XVIIII$^{us}$ ⟨in omni v⟩ita su⟨a⟩. P⟨ost vitam⟩ vero et pro ipso et pro suis ab hac die et deinceps anteces⟨soribus⟩, quotquot presenti pre⟨cepto⟩ non sunt adversati, agatur in omni II$^{a}$ feria privata miss⟨a⟩ de⟨funct⟩orum. Quod s⟨ci⟩re ⟨potest⟩ ad compendium anime sue magis expedire, quam ⟨si posset⟩ in mon⟨asterio⟩ per omnia pro voto suo dominari.

Advocatum autem imperatorem Romanum, qui et noster advocatus est, preficimus. Propter multip⟨lic⟩es tamen eius curas et dispositiones regni liceat abbati et fratribus de familia de Calwa ⟨eli⟩g⟨ere⟩, si idoneus inventus fuerit, qui non lucri causa vel pro necessitate sua, sed pro remedio anime sue et parentum suorum locum sepedictum velit defendere. Sin autem alias ⟨un⟩d⟨ec⟩umque libet, liceat alium eligere. Qui etiam vocatus in presentiam abbatis et fratrum iuret in sacramento cum familiarioribus suis, quod contra privilegia ęcclesię non veniat, sic adducto ⟨in pre⟩sentia⟨m⟩ domni imperatoris sui modo confirmet. Non solum autem super cellam maiorem licet abbati subadvocatum constituere, sed per singula predia et cellulas suas. Ubi etiam sibi ⟨nihil⟩ iuris a prioribus illic constitutis in beneficiis providendis vel etiam ecclesiis inve⟨stiendi⟩s subtrahitur.

t) *am Außenrand:* Imperator est advocatus monasterii huius. u) *Der Buchstabe b steht auf Rasur.*